


## Universitätsbibliothek Paderborn

## Manuale Pastorum Sive Instructio Practica Neoparochorum

Dirckinck, Johann Treviris, 1702

Caput. 1. De ordine Diei Pastoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51873



gulas diei horas ordinata distributio, seuordo diei constans & stabilis, qui, nisi charitas aut necessitas, aut obedientia, aut animarum zelus aliud postulet, non invertatur, aut perturbetur.

Ordinatam hujusmodi, temporis partitionem, commendat Apostolus 1. Corinth. 4. Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis: Omnia enim temqus habent. Eccles. 2. Eandem laudar S. Augustinus L. 2. de Ord. Ordo, inquit, dux est ad Deum; & que à Deo sunt, ordinata sunt. Eandem quoque S. Gregorius Naziansenus, S. Laurentius Justinianus, Cassianus & alii plurimum commendant. Juvatenim, ad temporis pretioffsimi & irrevoca-N 4

bilis utilem decursum, ne particula boni doni nos praterat: juvat quoque ad varietatem operum, levandum tadium, & suaviùs jucundivisque opera ordinaria peragendum. Sic dies transeat, scribit S. Hieronymus ad Latam, sic nox inveniat laborantem: Orationi lectio, lectioni succedat oratio, brevevidebitur tempus, quod tantis operum varietatibus occupatur.

Cùm verò perquam difficile sit, in tantahominum, atatum, morum, virium, negotiorum, officiorum & occupationum diversitate, unum omnibus communem ordinem prascribere, quisque eum sibi attemperet & accommodet, necesse est: nos exempli gratia nonnullum suggerimus, quem

quisque pro beneplacito suo sibi, nullo negotio, aptare valear.

Septem horis dormisse sat est, juvenique senique: quare qui consuevit horâ decima cubitum concedere, surgat horâ quintâ, qui vero hora nonâ, è lecto se procipiat horâ quartâ. Itaque Hora Paftoris 299

Hora 4. Surgitur, & in surrectione, vestitione, lotione & precibus manè recitari solitis, media hora consumitur. Preces hæ quina complectuntur puncta, his versibus expressa: Sis gratus, cor oster, opus dispone suturum: Vita peccatum, subsidium que pete: ejusmodi preces ex Palmeto, Horologio sacerdotali, alisse Libellis sacilè petentur.

Medio 5. Horaria vel semihoraria meditatio. Præsertim si pridie matutinum cum laudibus recitârit. Alias hoc meditationi præmitti vel postpo-

ni poterit.

A STATE OF THE STA

ula

ue

a-

era

177-

m,

one

vi-

Ja=

in

vi-

oc-

ni-

re,

ac-

pli

em

ul-

ve-

vit

ur.

à, è

lue

ora

Medio 6. Hora minores, prapara-

Hora 6. Sacrum & post illud recollectio.

Hora 7. Legatur caput è sacra Scriptura, si quid obscuri occurrerit, inspiciatur Cornelius à Lapide, Tirinus vel Interpresalius. S. Carolus Borromans aperto capite & slexis genibus S, Scripturam lectitabat. Legatur

l's quo-

De ordine diei
quoque capitulum ex Thomade Kempis de imitatione Christi, vel fortuitò, vel ordine.

Hora 8. studium Theologiz moralis, seu casuum conscientiz, quod maxime Pastori est necessarium, proinde constanter eidem, saltem una hora, indies incumbendum.

Hora 9. & 10. studium pro concione, aut si ea parata jam sit, licebit studere intelligentia Sacra Scriptura, Theologia, sidei controversiis, Juri Canonico, scientia ascetica seu spirituali; oratoria sacra, in ordine ad conciones. Historia sacra seu vitis, actisque Sanctorum.

Hora 11. prandium.

Hora 12 relaxatio quædam aut colloquium, postea recitatio vesperarum & completorii: litaniarum B. M. V. rosarii, aliarum ve precum.

Plora 1. 2. 3. tractantumprivatante gotia, exconomica & alia ; visitantur, infirmi, moribundi, incarcerati, hospitalia & scholætriviales: instruuntur,

patres-

Pastoris. 299 Patresfamilias & Matres, uti & juventus. Reconciliantur discordes, incumbitur in conversionem Hæreticorum in Parochia degentium, pauperes 1-solatio recreantur, aliave occurrentia 1e opera bona exercentur. Hora 4. Matutinum, & laudes pro ca die insequente, niss placeat ea manè orare. Hora f. & 6. studium, veluti manè t. hora 9. Hora7. Cœna & colloquium. ri. Hora & Litania de omnibus Sanctis. d prælectio meditationis sequentis diei. Examen conscientia, in quinisconfistens punctis: Solve Deo graces, pete lumen, discute mentem: Delicii veniam posce, malumque fuga Hortanturad hoc S. Chrysostomus S. Bernardus, alisque Patres. Przcłare Do-Aissimus Petrus Blesensis monet; De instit. Episcop. c. 4. Redde conscientiatua de quotidianis actibus rationem: vide si diem & noctem sine cujusquam peccati maculatransegisti: si minus legifti

gisti & orasti, & scias non modicam este temporis jacturam, qua in otio & sabulis impenditur. Tu te omnibus exhibe, co-gitans te omnium servum; nec tibi sed cunctis genitum te vivere credas, datum indoctis Doctorem; Consolatorem, solatium que oppressorum, Patrem Orphanorum, Defensorem viduarum & omnibus debitorem. Qua uti Episcopo pro sua Diœcesi; ita Parocho pro parochia sua conveniunt.

Finito examine, breviter se Deo Divisque commendet, & ad quietem

se recipiat circa horam 9.

Hocordine methodoque servatis, Pastor, dies vitæ suæ, meritis plenos, in hora mortis reperiet & felicissimum beatæ æternitatis diem aspicere merebitur. Quare: Operamini dum dies est, venit nox quando nemo potesto perari. Joan. 9.

## CAPUT II.

De accuratione & perfectione operum Pastoris.

Curator

**建设工业**